

ENCOMION

Christi Ablas; Sed mihi responde, quod nunc rogo, Carolus inquit:
bugt segt / vnd Quid differt Christi, Papaeq; remissio culpa?
reintget das
gewissen: Des; Protinus Aulberus, veniam da Maxime Caesar
Pabstis Ablas; Inquit: & hoc nostrum clementer percipe verbum,
reintget vnd Subleuat, & purgat diuina remissio Christi, ”
leeret die Se; Et mentem pectusq; lauat, peccataq; tollit: ”
ctel. Expilat loculos nummata solutio Papae: ”
Sic ait Albertus: constanti & pectore firmo.
Annuit huic etiam subridens Carolus inquit,
Et recte, & verè respondes, vade Minister
In patriam, quã te nos huc reuocauimus, urbem,
Et sis pacificus Sueno, & super orbe quietus.
Sic redit Aulberus Reutlingam saluus ad urbem
Quem multi ciues socij comitantur ouantes,
Cum reliqui Aulberum comburier igne putarent.
Sed Deus incolumem seruauit maximus illum
Longaunmq; senem, numerosã & prole beatum
Reddidit, & seros duxit de stirpe nepotes,
Cuius adhuc patrio Matthæus nomine dictus
Filius ingenuus Stuccarda viuit in vrbe
Iudicio pia iura bono moderatur, & equam
Iustitiam pressis equali lance ministrat.
Ingenio studioq; pari quoque frater ibidem
Theiophilus viuit vir iustus, honestus, & equus.
M. Theophilus Aulber filius fecundus. Filius & Marci fratris post fata, relictus
M. Matthæus Aulber pastor Neustadij notus, verbiq; minister
Ecclesiae Neustadiensis ad Cochelum, nepos Doctoris Matthæi, & Marci filius, qui fuit pastor in Beinstein ad Rembū in agro Vvayblingenſi. Matthaïq; nepos pastor, verbiq; minister
Et Tilie decus excellens mirabilis arbor
Crescit in immensum cum denso stipite truncum.
Qui crasso tredecim spacio complectitur vlnas,
Et triginta patent à ramis undique passus:
Sed nunc Schorndorffi præstans pietate Decanus

Præ-